

### §. II.

Vera idcircò Philosophia, qvæ non è longinquo solum rationis, sed & è proximiori revelationis speculo universi hujus tum Creatorem, tum Conservatorem, tanquam in certissima hypothesi, speculatur ac perspicit, usque adeò, non probabilibus rationum momentis, qvin potius, ex ipsis infallibilibus veritatis elementis atque complementis, presupponit, qvod rerum omnium reale principium, revera, Ter idem, Ter alijs existat DEUS. DEUS enim hic, cum ex primæ & divinæ veritatis apodixi, nec esse cœperit, nec desinat; cum omnium esse eminenter habeat, nullamque potentiam ad non esse contineat; non poterit non, summo & maximo suo merito, ex Illustriss. Scaligeri epicrisi, Exercit. 365. Seft. 2. conformi Spiritus Sacro S. hypothesi, αὐτωτοῖς, αὐτοφυῖς & αὐτογενῖς inscribi: Ipsique unice, distinctè non minus ac propriè, vindicari & applicari Milesii de vero principio judicium potest, qvod scil. sit μηδίσχηνέχων, μηδὲ πλάσιον. vid. Diog. Laert. in Milesii vita. Qapropter, cum primum atq; Trinum hoc, convenienti Theosophorum omnium consensu, sit principium: idq; nos, pro uno, universi hujus systematis exordio veneremur atq; exordio: in ipso hoc principio, principium, ejusq; naturam ostendemus, dum in primis videbimus, qva ratione & consideratione, Genitor & Genitus principium, Genitus & Spiritus esse & dici principiata, vel queant, vel nequeant. Exemplar enim (principii) perfecti perfectæque sapientiæ habentes, facilius, (secundum illius Philosophorum Phosphori monitum) facilius qvæ bona nobis sunt, intelligemus, vid. Aristot. I. Ethicor. cap. IV.

### §. III.

I.  
*De Principio.* Qvo igitur pari cum facilitate, qvod de principio hoc ιδεούσατω, atque principiato συαιδίω, confignare fert animus, succedant; οὐς ἐν τροποπολαίω, qvæ, qualiaque principia excludamus, qualem propriè in hoc mysterio admittamus, prænotemus: Et cum principii terminus, ἐκ τῶν τολμαχῶν καὶ τοσαχῶν λεγομένων fit, reseatis atq; rejectis variis, tum apud Damascen: in Dialog. contr. Manich. tum apud Philosophum, Lib: IV. Metaph. c. I. & Lib. V. de generatione animal. c. 7. obviis acceptationibus variisq; divisionibus, unice, essendi principium in genere, ad præsentis diatribæ materiam feligemus. Apprime nimirum hīc observantes, qvod Nazianz.

IV. de